



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Sacrificium Iustitiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO XXVIII.

CHRISTVS AGNVS
VVLNERATVS.*Sacrificium Iustitiæ.*

Sacrificium Vulnerum Christi meritò appellatur sacrificium Iustitiæ: illo namque satis fit non adæquatur, sed etiam supereffluenter Iustitiæ Patris æterni. Item culpa fuit solummodò infinita ex parte Dantis offensæ: satisfactio verò est infinita propter Personam, quæ eam acceptat, & est Pater æternus; & propter Personam, quæ satisfacit, & est Christus.

1. At, iuxta D. Augustinum, sacrificium Vulnerum in cælo erit perfectissimè iustitiæ. *Cum edificabun-* *Psal. 50.*

tar muri Ierusalem, tunc acceptabis sacrificium iustitiæ: modo autem sacrificium pro iniquitate, spiritum contribu-
lationis, tunc sacrificium iustitiæ laudis solius. Beati enim
qui habitant in domo tua, Domine: in sacula seculorum
laudabunt te, hoc est, sacrificium iustitiæ. Obserua, quod- *Psal. 43.*

nam sit perfectum sacrificium iustitiæ: *Sacrificium lau-* *Psal. 46.*
da solius. *Sacrificium laudis honorificabit me.* Hoc
Deo redditur perfectè in cælo, vbi adoratur perfectò
cultu latræ, tanquam primum principium, & vltimus fi-
nis omnium rerum.

2. Item Sacrificium, vt alii docent, est in cælo sacri-
ficium satisfactorium; non iam ob culpam aut pœnam;
sed ob debitum reuerentiæ, cultus, & amoris, qui Deo
debetur. In cælo enim Deus modo perfectis-

simo adoratur, amatur, lau-
datur.

